a scrutinio supersedeat et se a foro liberum pronunciet alijs omnibus iuris remedijs et beneficijs salvis.

Actor vero refutando exceptiones citti tanquam in iudicatis deduxit cittum forum coram Judicio praesenti habere siquidem non post expirationem arendae prout asserit cittus sed ante expirationem prout id ex testimonijs apparebit invasio facta est ius quoque commune docet Scrutinium in eo dictum ubi crimen patratum est propter investigandi rei veritatem deduci debere, quantum vero attinet fatalia in eum minime invaro potest siquidem nulla fatalia ex protestatione et processu apparent nunc vero in termino deductionis scrutinij non est locus controversiarum illis cittus in principali negocio utatur si vult petens se ad deductionem scrutinij admitti reservatis reservandis.

Et Judicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense controversijs partium Actoris per se personaliter citti vero per Nobilem Martinum Buchijcki plenipotentem suum coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis Actorem ad deductionem scrutinij admisit prius tamen praestito iuramento iuxta formam iuris salvis reservatis citto defensis ad causam principalem servientibus

Quam sententiam et decretum praesens pars citata pro iure non suscepit nec in eodem acquiescere voluit verum ab eo et cum eo ad Illustrem et Magnificum Joannem Firlei a Dabrowica Lublinensem Capitaneum ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis proxime celebranda per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky movit.

Declarando citatus motionem esse concessibilem ex his rationibus prima quod a fundatione iurisdictionis interponitur secunda quod rationes pertinentes et peremptoriae inducuntur Tertia quod scrutinio fatalia obijciuntur Quarta quod praecipitanter nec servatis ullis gradibus et terminis iuris imo extra partium controversias decretum sit latum Quare petijt eandem iure et statuto consuadente admitti.

Quam motionem Judicium praesens parti cittae non admisit De qua non admissa ac prosequendo eadem motione gravaminibus et damnis tum et nullitate scrutinij praefata pars citta Ministeriali suprascripto est protestata.

Tandem Judicium presens Capitaneale Castren Lublinen eo consi-
derato quoniam Actor iuramentum coram se in instanti de non
conductione et corruptione testium prestitit et debite executu
est iuxta formam Constitutionib ideo ad examinationem testiu
processit et testimonia eoru in occluso rotulo parti actoree
se extraditurũ obtulit.

Inter Iwanowski et Ligeza Scrutinium.

Proposuit Judicialiter coram Judicio presenti Capli Castren Lublin
Generosus Nicolaus Iwanowski actor contra Magcum Nicolaum
Spytek Ligeza Castellanum Zarnovien et Capneum Biecen
citatione literali Capli Castren Lublinen cittum cuius tenor est tali-
Joannes Firlei de Dabrowica Lublinen et Capneus Tibi Magco
Nicolao Spytek Ligeza Castellano Zarnovien et Capneo Biecen
de persona ac bonis tuis gnlr omnibus vigore Regio et nra autte
Capli ex officio mandamus ut coram nobis in terminis Judicia-
libus feria Secunda post festum Sancti Joannis Baptiste proxa
aut dum et quando eiusmodi termini nostri iudiciales ab hinc
prius et proximus cellebrabuntur Ad instanciam Gnosi Nicolai
Iwanowski legitime et personaliter compareas Qui te in Castren Consti
tutionibus Regni citat ad deducendum contra te scrutiniu testesq
idoneos contra te induci et hoc racione per te et tuos complices post
habitis legibus Regni congregata cohorte militum tam equitum
quam peditum cum tormentis bombardis maioribus atq pixalio-
rum tam et minoribus cum vexillis timpanis ac alio apparatu
bellico cum ipsoq exercitu in bona Ville Ostrow ac predium
ibidem sittum mansionis et possonis actoris diu noctuq oppu-
gnates cuius predicte invasionis ac domus eiusq violationis
et obsanguinolationis prout protto ea omnia fusius testatur ideo
ut stares et testes per actorem con te induci attenderes per tes
testes similiter idoneos cum prestitione iuramenti iuxta consti
tutionem publicam induci premissa ois Judicio attentaturus pre
stiturus et si quid tibi de forma iuris competierit responsurus Datum
in Castro Lublinen feria Secunda ante festum Ascensionis Domini
in celum proxa Anno Domi Millesimo Sexcentesimo Duodecimo.